

quam vivet Ecclesia triumphans, sed hujus etiam, ubi in Ecclesia militante Prudentia, successu variaq; Virtute opus est. Huic debuimus incrementa, Huic impostero debemus omnia. Vos vero PATRONI, FAUTORES, AMICI, quos juvat Pietatis aliqua intueri specimina, adeste, & NOBILISSIMIS SCHOLÆ PATRONIS, UNIVERSÆ CIVITATI, imprimis DOCENTIUM ORDINI, nec non venienti ad novum munus CONRECTORI, quem à memoria, hujus & superioris seculi habemus Collegam sextum & octogesimum, Vota nuncupari gaudete. DEUS SERVET ZITTAVIAM!
P.P. Dom. III. post Trin. M DC LXXXIV.

* * *

Monendus hic est Lector Benevolus, fol. B. 3. fac. r. lin. 16. omissa quædam verba, ut Oratio singularem hiatum ostendere videatur. Sic enim legi debent initia Periodi: *Sive igitur proprio licet fidere iudicio, aut tum optimus cogitationum sperari debet successus &c.* Reliqua vel nemine monente corrigentur.



Εὖν τῷ θεῷ εἰπῶν!
Communem Studiorum Praesidem,

114.
1683.

APOLLINEM,

Votivos suos

cum

NOVENO MUSARUM CHORO

Plausus

In

PANEGYRI GREGORIANA

SUPRA CENTESIMAM DECIMA OCTAVA,

ANNO τῆς θεαυθρωπῆσεως M DC XXCIII. 1683

Ipsis FLORALIBUS, h. e. IV. Cal. Maji,

largiter fundentem,

Scholasticam verò Juventutem ad indefessam, in

Literarum studiis adhibendam, diligentiam

comiter invitantem,

Eidemq; gratissima insimul Præmia

amicè spondentem,

Incluti, quod Gorlicii floret, Gymnasii

RECTOR,

CHRISTIANUS FUNCCIUS, Fr.

Interprete

HENRICO HÆRTELIO,

Gub. Luf.

POP. SCHOLAST. PRÆTORE, CHORIQVE SYMPL. PRÆF.

sistit.



GORLICII, TYPIS ZIPPERIANIS.

1444079

VIRIS

*Nobilitate, Amplicudine, canâ Prudentiâ Eminentissimis, varioq;
Rerum Civilium usu, Experimentissimis,*

DNN. CONSULIBUS, PRÆTORI,
SYNDICO, SCABINIS,
cæterisq; famigeratis. Gorlicens. Reipubl.
SENATORIBUS,

nec non

VIRIS

*Reverendâ Dignitate, præterq; sing. Orthodoxiæ Zelum multâ
Doctrinâ ac Eruditione maximè conspicuis,*

DNO PRIMARIO,
reliquisq;

DNNN. DIACONIS,
Vigilantissimis florentis. Eccles. Gorlicens.
Ministris,

PATRONIS ac FAUTORIBUS suis OPT. MAX.

*Primum hoc Exercitium cum in grati animi
tesseram, tum in perpetuum debita ob-
servantia pignus humillimè dat, di-
cat, consecrat*

HENRICUS HÆRTELIUS, Gub. Lus.

* * *

QVas mitto, Patriæ Patrum Veneranda Corona,
Tuq; Ministrorum. Verbi Reverenda Quadriga,
Accipe, ceu reliqvas, pagellas mente benignâ!
Sint licet indoctæ: gratæ sunt tessera mentis.

DVohe! GREGORII redeunt solemnia FESTA,
Festa, quibus fas est hymnis celebrare JEHOVAM;
Et gratas grates penitè de pectoris aula
Solvere. Nam, præterlapsi si volvimus anni
Tempora, non pressit nostras Mars impius oras:

Non funesta lues invasit moenia nostra:
Non maleuada fames nostras penetravit ad ædes:
Sed, devota iterum atq; iterum dum mente gementes,
Diximus Andini facundo ex ore Pœtæ:
NULLA SALUS BELLO: PACEM TE POSCIMUS OMNES!
Sedimus illæsi ac tuti sub vite virente
Et nostrâ sub ficu: prætulimusq; superbis
Crœsi thesauris tranquillæ munera Pacis.
Corpora nostra novè semper viguère vigore.
Siquæ fortè gravi morbò lanqvescere visa:
Hæc tamen à Medico, Jovâ haud renuente, refecta,
Convaluère brevi. Frugum quoq; copia tanta
Collecta ex agris Civi fuit atq; Colono:
Ut præter victum, quem suppeditavit abundè,
Multa penu videas granaria dite repleta.
En Tibi, Sancte DEUS, Regum Rex maxime, nutu
Omnia qui sapiente regis, qui prospicis Orbi,
Acceptum ferimus: quicquid Tua contulit in nos
Dextra benigna boni; sed quicquid & ipsa malorum
A nostris vertit per totum finibus annum.
Hoc, inquam, omne Tuæ Bonitati ferre tenemur
Acceptum. Gratòne simul Te, JOVA, colemus
Ore animoq;: quod imprimis illustre Lyceum
Nostrum, ex quo tenus hac Doctorum tanta caterva
Profiliit juvenum: quantam vix arte Sinonis
Exstructus Trojanus equus, patefactus ad auras
Reddidit armatum profundâ nocte virorum,

Servasti fartum tectum: fidosq; Magistros:
Illius incolumes, salvos superesse dedisti?
Omninò fas est: meritas ut pectore grates
Exolvas, & dulcifonos per compita cantus,
Per fora, per plateas refones, Gymnastica Pubes!
Sed quis, quæso, nitor subitus, quæ gratia nostris
Luminibus se infere? Si me non omnia fallunt,
Advenit ipse Sacri Custos Soractis Apoilo:
Advenit Aonidum ter triplex turba Sororum,
Forè suos plausus testatum voce sonorà,
Nostraq; , quæ capimus, solennia gaudia adauctum.
Sic, sic est. *Juvenes*, teneras advertite mentes,
Et bibulas aures præbete, faveteq; linguis!
Protinus Ardalidum lætò Dux incipit ore,

APOLLO.

Plaudite, jo! mecum: mecum jo! plaudite Musæ!
Ad plausus festi nos temporis incitat hora.
Ecce etenim, glacialis hyems dum desit anni,
Ut non concrecant currenti in flumine crusta,
Sustineat tergo ferratos unda nec orbes,
Horrida non pexam nec duret stiria barbam,
Huc redit (ò tempus lætabile!) gratia Veris.
Herba redit campis: jam frondes explicat arbor.
„Parturit almus ager, Zephyriq; tepentibus auris
„Laxant arva sinus: superat tener omnibus humor:
„Inq; novos soles audent se gramina tutò
„Credere: nec meruit surgentes pampinus austros:
„Aut actum cælo magnis aqvilonibus imbrem:
„Sed trudit gemmas, & frondes explicat omnes.
Tam varii flores viridè nascuntur in horto,
Ac passim in pratis: ut vix celebratus Apelles.
Quemq; colore suo nativo pingere possit,

Aërez

Aërez volucres dulci modulamine cantus
Blandifonos flectunt, & iisdem pectora mulcent.
Luxuriant pecudes: pingres in gramine lato
Inter se adversis luctantur cornibus hædi:
Ludit ovis, tremulis campos balatibus implens.
Jucundum præbent adspectum flumina, fontes,
Quiq; petit viridem campum per saxa volutus,
Purior electrò, crystallò clarior, amnis.
Sed multis quid opus lætissima tempora Veris
Prosequier verbis? Summatim dicere præstat:
„Omnia nanc rident: nunc formosissimus annus:
„Totiusq; redit novitas gratissima Mundi.
Præterea nitido fertur lux inclyta cælo,
Lux, quam GREGORIO Majorum provida cura
Sacravit; quæ, quæ Studiis addicta Juventus
Ingenuis, gratà pergratum voce melisma
Personat, atq; DEI, qui talia fecit eidem.
Otia, cœlipotens Numen veneratur eodem.
O præclara dies! O lux signanda lapillò,
Non atrò, ast albò, qui vel superare ligustrum,
Vel niveum possit Cygnum! O lætabile Festum!
O Festum, quò quemq; decet bona dicere verba!
Et vos cessatis, ter tres Heliconis Alumna,
Pectora chara mihi, perdilectaq; Sorores,
Votivos vestros nostris adjungere plausus?
Plaudite, jo! mecum: mecum, jo! plaudite, Musæ!

MUSARUM CHORUS.

Dum nostros, nostri Dux agminis Optime, plausus
Poscis, & hosce Cohors, genium quæ destinat uni
Virtuti, ac florem succumq; atatis & omnes
Curis-non curis doctrinæ mancipat annos,
Ut ferat hinc Res priva suos, Respublica fructus,

A 3

Expe-

Expectat: sanè Tua iussa capeffere fas est.
Qualibet ergo Choro è nostro prodibit, & altà
Voce suos numeros, quos est meditata, sonabit
Hoc celebri Festo. Tu jamnunc incipe, *CLIO*.

CLIO.

Incipiam. Ast paucis tantùm rem prosequar omnem:
Sunt accepta minùs carmina longa nimis.
Vos, consorte satu pariterq; & amore Sorores,
Vos facietis idem: dum mea chorda sonat.
GREGORII celebrat Pubes Gymnastica *FESTUM*,
Auspiciis adsint Numina dextra bonis!

MELPOMENE.

O Benedictos	Gymnasiarchæ,
Atq; beatos	Veris amœnò
Terq; quaterq;:	Tempore gratas
Queis licet omni	Dicere grates!
Marte carentes	Dextera summi
Incoluisse	Faxit Iovæ:
Saxonis oras,	Ne ferus unquam
Gregorioq;	Hostis acerbi
Sacra colendo	Hæc furor inter-
Festa, Supremo	Gaudia turbet.

THALIA.

NOs Pacis optatissimæ toties beæ
Tranquillitas: quoties celebrandum suo
Tempore redibit, (redeat autem sæpiùs!)
Festum; quod hõc die, favente Numine,
Astris benignis rediit: exactus iterum.
Novem triumq; mensium dum cursus est.

EU.

EUTERPE.

F elices meritò plagas, Felices sed & æstimo Urbes; quas tenet <i>ENSIFER</i> <i>SAXO</i> , <i>RUTIGER</i> ille <i>DUX</i> . Unum Gorlicium mihi Faustum Saxonix statum Demonstrare satis potest. Hoc, hoc namq; <i>Panegyrim</i> , Evax! <i>Gregorianam</i> (uti Consuevit fieri,) intimat: Et latos hodie jubet Cum Pube esse Didascalos.	Vivat, Jo! <i>Patria Pater</i> <i>Clementissimus</i> , <i>Ensifer</i> <i>Romani Imperii</i> , diu! Jo! vivat, repeto, & sua Defendat loca brachiò Forti, fortiter hostium Insultus superans, ope Nixus Numinis optumi! Sic, sic Gorlicio dies Hic, qui <i>GREGORIO</i> sacer, Felix semper erit dies, Nec non lætitiæ Parens,
-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------

TERPSICHORE.

T ristes secedite curæ! Lux hæc mera gaudia poscit. Jo! Jubila læta canantur: Quod Iovæ Dextra Potentis <i>Templumq;</i> <i>Forumq;</i> <i>Torumq;</i> Protexit. Protegat Ipsa Porro, quos Curia tollit, Patriæ Patres Venerandos, Templi; Scholæ; Patronos!	Verbi Sacrumq; Ministros, Queis credita sancta Cathedra; Quosq; Urbis mœnia cingunt, Cives quosq; protegat ipsa Supremi dextra Jehovæ! Nil damni sentiat unquam: Quicquid complectitur Orbis Et Tractus Gorliciensis! Sic jubila plura canentur.
---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------

ERATO.

Qvàm pulchrè video dispositum gregem,
Nostro haud absimilem! Per plateas eunt
Bini & bini iterum Gymnasii incluti
Cives. His comites sunt celebres Viri:
Quorum Nomina non emorier sinet
Doctrina, & Pietas, & Sapientia.
Undò omnes resonant ore melos DEO
Gratum, & dulcisonâ voce piâq; eum

Invi-

Invitant: ut & hęc, qui modò vertitur,
Annò, quam exhibuit pręteritò, velit
Sese participes reddere gratiæ.
Fiat, quod fieri mens vovet omnium!

CALLIOPE.

Dum Chelyn doctam meditor ferire,
Plausibus miscere meosq; plausus,
Ecce me flagrans trahit ad ferenda

Vota cupido.

Servet, ò servet Pater atq; Custos
Gentis humanę Genus Eruditum,
Inq; cę gnavos, faciles, fideles

Usq; Magistros:

Porro quò possint animos tenellos
Literis doctis bene perpolire,
Adq; Virtutis studium Juventam.

Exstimulare!

URANIA.

VOtis meū quoq; barbyton Qvicunq; Literis bonis
Resonato, sic decet, piis, Et Literario Ordini
Vigeat, vireseat, floreat Subinde mordicūs invident.
Hujus Lycęi splendidi Qvicunq; tempe Musica,
Ingens Patronorum Decus! Scholas puto doctissimas,
Hęc, hęc virente scilicet Deleta funditūs volunt!
Virebit & Gymnastica Hos, hos perire det DEUS:
Salus, virebit oppidò Qvi Literarum fautor est,
Adinstar horti floridi. Idemq; & Autor optimus!
Pereant sed è contrario;

POLTHYMNIA.

Utrum sola ego tempore hoc filescam:
Quò tot suscipiuntur undeqvaq;

Vota?

Vota? Absit. Mihi namq; præcinentes
Heic votis seqvitur putò Sorores;
Qvin fas esse, Ducisq; nostri
Observare, probè æqviora jussa.
Qvapropter precibus DEUM supremum.
Submissis veneror, rogoq; juxtim:
Ut curæ sit ei Juventa chara,
Qvæ sub præsidio Illius benigno
Doctis invigilare tuta libris
Hęc annò potuit. Regat sub ipsam
Semper Flamme: quò Vocationis
Dextrè quisq; opera exeqvatur, atq; **B**
Scopum, quem cupit obtinere, tandem
Felix obtineat, Polumq; laudet.

UNIVERSUS MUSARUM CHORUS

Hęc sunt, quæ nostræ sudserunt vota Camenæ,
Qvodsi grata Tibi fuerint, Doctissime PRÆSES,
Non facimus tanti: quamvis, qui singula rodit
Deate Theonino, Momus corrodat & ipsa.
Nunc expectamus, quævis ad jussa paratæ:
Quid porro injunctura sient Tua Numina nobis.

APOLLO.

Dicere vix possum, quantum, mea gaudia, dulces
Vestra mihi, Musæ, sese pia vota probarint,
Nec quicquam fermè quenquam superaddere posse
Autumo: quod non contineant hęc carmina Vestra.
Tu modò, qui potis es conceptis pondera votis
Largiri, facilis da: pondus ut insit iisdem.
De reliquo nihil est, quod votis forte requiram.
Amplius à Vobis, Salvete, Valetè, Sorores!

B

AD

AD JUVENTUTEM.

AD Te sermonem jam nunc, dilecta Juvenus,
 Et monitus converto meos: Tu talia festa,
 Qvalia sunt hodie, veteri de more celebrans,
 Invitare soles pueros aetate tenellos:
 Ut cupidè cupiant Libros, optentq; Scholarum.
 In gremium recipi. (Validè res utilis hæc est.)
 Hoc sed idem Festum Tibimet calcaria subdat:
 Ut quodq; Tu pergas studiorum texere telam,
 Quæ semel incepta est. Heic, heic namq; obtinet illud:
Non cepisse sat est, sed perfecisse jurabit.
 Sit PIETAS Vobis, Juvenes, ante omnia curæ,
 Quâ sine nil DOCTRINA valet, nec proficit ullus!
 Ad libros quoties animos convertitis acres,
 Implorate Sacram Divini Numinis auram.
 Sic cum profectu discetis. Discite vèrò,
 Discite, dum faciles animi, dum mobilis aetas:
 Ingenuis, Juvenes, studiis Vos tradite totos:
 Doctaq; Doctorum percurrere Scripta Virorum,
 Thesaurus quæ sunt omni pretiosior auro,
 Nil nisi præclaras qui res complectitur: illum.
 Cura fiet Vobis studio vigilante parare.
 Discite, dum vegeta est, est dum retinentia firmæ,
 Sic eritis docti: mollis cum adoleverit aetas:
 Nec frontes vestras cum ruga senilis arabit,
 Vos fugient, teneris quæ nunc addiscitis annis.
 Discite, nec remoras, quas desidiola Vacuna.
 Injecisse solet, curate. Resistite turpi
 Pigritiæ: in labes foedas ne forte ruatis.
 Discite: nil quicquam Vos terreat inde laboris:
 Nostis enim Lyrici Vatis verissima verba:
Qui studet optatam cursu contingere metam,

Juxta illud:
 Homines nim-
 bil agere
 male agere
 discunt.

Multa

Multa tulit fecitq; Puer sudavit & alsi:
 Abstinet Venero & Baccho. Quid itemq; Pœta,
 Qui Sulmone satus, pharetrati lusor amoris,
 Concinat, hem! nostis. Sic scilicet admonet ille:
 Perfer & obdura: labor hic tibi proderit olim.
 Proderit & Vobis didicisse fideliter artes,
 Dilecti Juvenes. Dubitatis? Gorlicium ipsum
 Auferet à vobis dubiæ luctamina curæ.
 Namq; Viris gaudet, quos clara scientia rerum,
 Præ reliquis meritò ad varios evexit honores.
 CURIA quos clarat, primò perpendite mecum.
 Audit in hac Consul summâ cum laude Magistrans
 KISLINGJUS, nostræ qui Vir notissimus Urbi;
 Quemq; colunt Petro & Paulo sacra Templa Patronum.
 Hinc ad utrumq; latus sedet Incluta Biga Virorum:
 Alter RICHTERUS, Curator providus ille
 Hujus Gymnasti, fulget ceu fulgida stella:
 Alter SOMMERUS, præclarè Nomine claret.
 NEUMANNUS sequitur, canâ nive tempora sparsus:
 Cui fasces iterum, si fert Divina voluntas,
 Post aliquot menses tradentur Consulis, & quem
 Provida cura Scholæ quondam subvexit ad astra,
 Munere Prætoris clarè STEINBACHIUS æqui
 Fungitur, annosi Vir dignus Nestoris ævò.
 Totius Lingva est dein HABERKORNIUS acer
 Civiliis Causis, ejusdem commoda curans.
 Inde Sacerdotes Æqui Justiq; sequuntur
 KÛPFER, RANISIUS, NEUMANNUS & HELDIUS, atq;
 MOLLERUS: quorum famam nec Morta, nec aetas
 Delebit; sed Posteritas grata inseret astris.
 Tandem MOLLERUS, BESSERUS, nomine Juris
 Doctoris præstans, WIDEMANNUS, in Orbe Senatûs

Partes

Partes sunt *Ampla*, & ceu *Sidera trina* refulgent.
 Nunc & quos *TEMPLUM*, quos *GYMNASIUM* coronat,
 Peniculate Viros. *Primarius* ecce *Minister*
 Audit *FETTERUS* facundus, & undiq; clarus;
 Dignus, Cumz os sospes qui vivat in annos.
NICIUS & *SEYFERTUS*, itemq; & *SCHOENIUS*, omnes
 Symmysta docti, devoti, suntq; fideles:
 Quos quivis, Pietas cui curæ est enthea, laudat.
Gymnasia Princeps, & summa in Classe *Magister*
FUNCCIUS est, doctus qui nomine pulsat Olympum.
VECHNERUM decorat præstans *Elementa docendi*
Rhetoricæ munus: *RICHTERUM* cura celebrat
Grajo formandi teneram in sermone juventam,
 Et rebus gestis, Extollitur *HAUFFIUS* arte
 Rectè tradendi dulcissima metra *Juventæ*.
 Sedula *Cantoris MOLLERUM* munia passim
 Decantant. *Præceptores* laudantur & apti
 Alter *VECHNERUS*, *SCHWERDTFEGER*, *SCHOENIUS* atq;
VOGELIUS. Tot sunt (gratissima præmia!) *Honores*:
 Quin longè plures, qui gnavos atq; fideles
 Usq; manere solent doctrinæ ut & artis *Alumnos*.
 Mentibus hos, *Juvenes*, nunquam non volvite vestris.
 Sic Vobis certè (quod opinor,) nulla peribit
 Hora; sed ad *Clarias* semper sudabitis undas,
 Expectaturi quondam *majora brabæa*.
 Hæc sunt, quæ Vobis tenus hac dicenda putavi.
 Discite: nî serò hæc verba ingeminare velitis:
 O mihi præteritos referat si *Jupiter* annos!



RODULPHUS
 HABSBURGICUS,

PANEGYRICO HISTORICO CELEBRAT-
 TUS, ET NOTIS VARIIS, REGULIS
 THEOLOGICIS, ETHICIS, A
 POLITICIS ILLU-
 STRATUS

OPUS
 CASPARE DORNAVIO
 PHILOS. ET MEDICO.

Editio altera, plurimum aucta
 & correctæ.



BETHANIÆ AD ODERAM

JOHANNES DÖRFFERUS TYPOGRAPH.
 SCHÖNAICH. EXSCRIBEBAT.

yyyo8o

